



miserando atque eligendo

LITTERAE APOSTOLICAE

Nos,
vota Fratris Nostri
Stanislai Zvolenský,
Archiepiscopi Metropolitae Bratislaviensis,
necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu
multorumque christifidelium explentes,
de Congregationis de Causis Sanctorum consulto,
auctoritate Nostra Apostolica
facultatem facimus ut
Venerabilis Servus Dei
TITUS ZEMAN,
presbyter professus Societatis S. Francisci Salesii, martyr,
qui, usque ad vitae oblationem sui ipsius prorsus oblitus,
plurimorum iuvenum vocationem ad sacerdotium vitamque religiosam
firmiter defendit ac promovit,
Beati nomine in posterum appelletur,
atque die octava mensis Ianuarii,
qua in caelum ortus est,
quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possit.
In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum,
die vicesimo mensis Septembris,
anno Domini bismillesimo septimo decimo,
Pontificatus Nostri quinto.

Franciscus